

Hic enim procul dubio antiquæ fuit Ecclesiæ sensus, qui illorum fuit, qui in Ecclesia celeberrimi, ac sanctitate, doctrina, nominis fama Principes extiterunt. Hic verò ille locus est, in quo irreverenti tenentur Postiniiani isti, & quo se pars sola Catholica vindicare ab eorum importunitate potest. Nam Calvinianis, Lutberanis, ceterisq; Romane fribus Ecclesiæ urbis præsidio isto non licet, quod jam dudum à se & professione sua & factis ipsis abjudicarunt. Verum innoxia vox ep̄uvān neque assertioni Salmeronis, ex mente ipsius intellectæ, neq; consequentiæ exinde formatæ, ullo modo patrocinatur. Nam, ut rectè respondet Salmeroni ex Chamieri Panstraria Cathol. Tom. I. lib. XV. c. 13. §. 12. seq. p. 227. B. Prücknerus l. c.: non statim dicendum est, ἐρευāv difficultatem inferre ex parte scripturæ; sed tantum sedulitatem ex parte legentium, addo, justum eam tractandi modum: alioquin enim vel facillima negligenter percurri non debet. Nam in primis in eo libro, qui tanti momenti res proponebit, accurata meditatione opus est, ne per negligentiam interdum in iis, quæ haud sunt difficultia, peccetur. Et quod ad scripturam sacram spectat, claritas illi in rebus ad salutem pertinentibus tamdiu denegari non poterit, quamdiu verum manet, quod vocanda sit lucerna splendens in loco tenebroso, 2. Petr. I. 19, Quamvis non negetur, ἐρευāv ideo necessarium esse, ut, quæ obscuriora sunt, clarioribus illustrentur; qua de re ante dictum est. Deinde facile patet, ipsum locum Johanneum expositioni scripturæ, aliunde quam ex Scriptura petitæ, fortissime repugnare; quia Christus, cum nulla adest, nisi Vet. Test. scripta, ita ad eadem, tanquam arbitros suos inter & Judæorum assertione, provocat, ut & generatim χαρὰς dicat scrutandas, & Mose speciatim nominato v. 39., ne ad traditiones, quas a Mose ortum habere fingebant Judæi, aliquis prolaberetur, incredulitas arguit Judæos, quod scriptus illius non credant, cum de semet scripsisset v. 46. 47. Imo, citari scripturam exclusivè respectu traditionum, exinde magis confirmatur, quod ideo sunt inspiratae divinitus, ut perfectus sit homo DEI ad omne opus bonum instruatus. 2. Tim. III. 16. 17. Ecce vero, qualem præsidium in Patribus inventum